



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De tertia radice quæ dicitur mala actio. c. 19. & 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

dominus, tenetur ad ullam restitutionem si res consumpta sit vel præscripta. Theauri vero antiqui, si in proprio fundo inueniantur: sunt inuentoris, si in alieno & domini voluntate, dimidiã sibi partem retinebit, alteram domino restituet, si vero nescio domino, totum perdit. Qui vero agrum emit, quia nouit in eo Theaurum latere, iustè emit, & thesaurum fodiens, poterit sibi illum applicare. S. Th. 1. 2. 66. 5. seruandę tamen sunt in hac re principum leges, in quorum territorio Theauri inueniuntur.

De tertia radice, quę dicitur mala actio. Cap. 19 & 20.

Mala actio, aut est contra charitatem, & sic nulla est ab illa restitutionis obligatio, aut contra iustitiam, & sic restitutio est in præcepto, vnde qui

Electi
dedit
netur
mere
cunia
stiriã
torse
quis
Mala
oblig
quis
secut
às iu
turus
de no
men
riat,
illud
sicut
stiru
nis q
si era
totu
babi
qua

Eleemosynam in necessitate non dedit, peccavit quidem, sed non tenetur ad restitutionem, sicut nec meretrices, quæ ex meretricio pecuniam recipiunt, nisi contra iustitiã, dolo, vel fraude aliquid extorserint, vel plus acceperint, quàm quis posset dare, ut à filio familias. Mala vero actio ad restitutionem obligans est multiplex, prima cum quis iniuste alium impedit à consecutione alicuius boni, quod aliàs iuste, & probabiliter erat habiturus: v. c. beneficium, quod deinde non est consecutus, ut si illi crimen imponat, vel occultum aperiat, si tamen probabiliter non erat illud accepturus, ad nihil tenetur, sicut neque tenetur quicquam restituere nisi pro ratione certitudinis qua illud erat accepturus unde si erat certo consecutus tenetur totum damnum restituere, si probabiliter tantum, partem. Altera est, qua quis iniuste alium damnifi-

cat in bonis animæ corporis, vel fortunæ: vt comburens vineas, vel domos alienas, & quidem qui nocet in anima, vt si quis fraude vel dolo alium falsum docuerit, vel religioso vt egrederetur persuaserit, debet fraudem & dolum remouere, ad nullam tamen aliam restitutionem obligatur, nisi forte monasterio, si ille fuisset illi multum utilis. Qui vero in corpore, vt qui alium occidit aut mutilat debet omnia damna inde deriuata, in vxorem, filios dominum, & expensas in medicos soluere. Qui denique in rebus fortunæ, debet illas restituere, & damna omnia ac lucra cessantia, siue tale nocumentum per se inferat, siue per suos. Tertia, cum quis aliquid retinet inuito domino, vt fures, & vsurarii, de quibus infra: Hic autem satis sit dicere de cadētibus ligna in alienis siluis: de iis qui feras venantur, aucupantur a

ues, & pisces expiscantur. Hæc enim si aliena sint, vel principum, vel particularium dominorum, accipientes peccant mortaliter & ad restitutionem tenentur, quod tamen intelligo de feris ac piscibus quæ capiuntur in locis clausis ac aquis permanentibus, nam quando aquæ transeunt nulla est obligatio ad restitutionem. Si autem flumina, vel silvæ sunt communis, non peccant, & non tenentur ad restitutionem, nisi magnam stragem edidisset, sed si contra legem comprehendantur & condemnentur, debent solvere pœnam. Cum vero feræ, & aues vagantur, & domini non solvant damnum, quod aliis inferunt, possunt extra dominorum loca capi & occidi sine peccato: uti & silvestria animalia, secus verò de aibus & feris partim domesticis, partim silvestribus quæ habent certum domi-

cilium nam illas capere in locis
vbi nidificant, vel intra spatium
permiffum, peccatum est obligans
ad restitutionem, quod tamen in-
tellige quando aluntur à fuis do-
minis, nam quando non aluntur,
& propterea terras deuantant, nec
ille tali damno fatisfacit. licite
poffunt capi.

*De Quarta Radice restitutio-
nis. Cap. 21.*

Vltima restitutionis radix
iustæ actionis vocatur, qua
quis mutuo, vel alio licito
contractu acceptum, restituere tene-
tur. Quæ quidem obligatio non
trāfit nisi ad hæredes, & fideiuffo-
res ipsius, cum tamen obligatio re-
stituendi ratione iniustæ actionis
ad octo transeat personarum gene-
ra, quæ in solidum tenentur, scilicet
ad eum, qui damnum iussit, qui
quod suo nomine factum est, pro-

bavit,